



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

51. In Festo S. Matthæi Tripartita. Vidit hominem sedentem in telonio,
Matthæum nomine, &c. Matt. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

gato. Solet enim in sacris Literis per caput intellectus accipi, per pedes affectus. Ad hoc divinum spectaculum populus undique accurrit, & matertera cum suis advolavit, læta quidem de Dei beneficio singulari, sed & dolens de tam repentino Virginis à se decessu, in qua solatium totum ponebat, orba marito, & filiis duobus. Sed probabat eam Dominus, ut solet electos suos. Accidit & paulo post res admiratione dignissima. Postquam enim honorificentissime esset deportata à Colonensibus ad templum, & inter sacri funeris exequias alterius defuncti cadaver in idem templum inferretur, & juxta ejus sepulchrum deponeretur; ut Virginis membra elacerentur, ad vitam defunctus rediit, palam affirmans se S. Noitburgis meritis & precibus à mortuis revocatum. Quæ res omnes excitavit laudandum præpotentem Deum, qui sic in Sanctis suis mirabilis est. Hæc sanctas Virginis institutioni Plectrudis adscribenda, sed & in S. LAMBERTUM est referenda, cujus consilio se Plectrudis regebat, & Noitburgis ejus neptis.

IN FESTO S. MATTHÆI.

LECT. 50.
tripartita.*Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine, &c. Matth. 9.*PARS I.
*Quomodo
Christus
Matthæum
vidit &
vocavit.
Marc. 3.*

Non casu existimandum est Dominum præteritum, dum intuitus est transeundo Matthæum sedentem in telonio, de quo rexus Evangelicus: *Et cum præteriret, vidit Levi Alphaei sedentem ad telonium. Quærebat enim speciali intentione & sollicitudine oves errantes Pastor, ut reduceret: quærebat circumiens Medicus ægros, ut sanaret: quærebat sol beneficis sedentes in tenebris, ut illuminaret: quærebat Fons sitientes, ut refrigeraret & reficeret: quærebat victos & oneratos Redemptor, ut dissolveret & sublevarer. Ovis erat errabunda Matthæus, necdum agnoscentes Pastorem: Ager erat periculosus, nec Medicum requirebat: In tenebris delitescens, nec ad lucem respirabat: Sitiebat supra modum, sed ad cisterneas quæ continere non valent aquas, os apponebat: Vinculus erat, & oneratus, sed vincula & onus ignorabat. Venit ergo ad eum Pastor, & pertransiens vocem edij, quam mox ovis agnoscebat tanquam vocem Pastoris, & cum sequitur. Venit Medicus, & in solis transitu potens est electo ægri tudinis jacentem evocare. Transit sol, & dissipat suo intuitu omnem caliginem hominis delitescens in umbra mortis. Fons ille qui olim clamabat: *Qui sitis veniat ad me*, pertransiendo ad se allicit hunc sitientem, ut ultra non sitiat, sed bibat aquam salientem in vitam æternam. Præterit Redemptor, & è compedibus educit vinculum, oneratumque pondere mergente in infernum exonerat, ut tollat in celum. O quam potens est qui in transitu solo hæc omnia potest præstare, imò solo intuitu, aut verbo! O felix transitus! o felix vox, vel*

intuitus! De illo igitur dicitur: *Præteriens vidit hominem in telonio sedentem.*

Vidit porò Matthæum Dominus, ut ipse videret Dominum; Vidit Jesus hominem, ut homo videret Jesus. Vidit pertransiendo, & ulterius progressus est videndo, ut & Matthæus non remaneret ibi, sed pertransiret cum ipso ad novam vitam progrediendo. Non ergo solis corporalibus vidit eum oculis, sed maxime intuet eum dignatus est oculis divinitatis. De his dicitur: *Oculi Domini lucidiores super Solem, circumspicientes omnes vias hominum; & profundum abyssi; & hominum corda in absconditis partibus.* Mox tenebræ omnes diffugiunt, ubi Sol ille dignatur hominem benigno vultu respicere; dissipat omne malum intuitu suo, dissipat omne frigidum calore suo, hominemque inflammat amore lucido. Quid enim est intuitus ille Domini, nisi dulcissima cordis penetratio, quæ per interiorum inspirationem & lucem, per inflammationem & amorem? Hanc efficaciter facit ille, quia Deus est cordis, & quocunque voluerit inclinat illud. Quem sic respicit Deus, potiori multo ratione potest dicere quam Agar: *Tu Deus, qui vidisti me.* Dum enim dignatur hominem benigno hoc intuitu, deducit enim ad puteum *Videntis & Visuentis.* Ad hunc puteum deduxit Matthæum, ut hauriret & effunderet aquam vivam, non solum bibens pro se, sed etiam copiose propinans eam totius orbis hominibus. Haurit enim aquam gratiæ & evangelicæ doctrinæ, quam tanquam fluvius refuldit copiosissime, & in finem usque sæculi omnibus propinabit, invitans omnes sitientes ad aquas proficuentes de Puteo & Fonte vitæ.

Apprimè profectò convenit illud: *Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundantius paupertate; & oculus Dei respexit illum in bono; & erexit eum ab humilitate; & exaltavit caput ejus & mirati sunt in illo multi; & honoraverunt Deum.* Ecce honoratus hodie nostro festo Deum, & ejus potentiam, sapientiam, bonitatem, ac misericordiam decantamus, quia Matthæum divitem quidem secundum sæculum, sed in veritate egenum, virtute deficientem, auxilii & gratiæ omnis indigum, oculus ejus benignus respexit, & de stercore vili opum humanarum, de que humili officio Publicani evertit ad Apictholatum. Evertit de sede pestilentis, ad sedem sublimem Evangelicæ doctrinæ, ex qua doceret non jam opes conquiret terrenas per lucrum injustum & mammonam iniquitatis, sed cælestes adipisci divitias per meritam veritatis. Hoc decuit non solum tamquam Apostolus, relinquens omnia, ut inveniret omnia, sed etiam tamquam Evangelista, notas nobis faciens vias illius qui de se dicit: *Ego sum via, veritas; & Joan. 6. vita; imò & tamquam Martyr, hoc est testis Domini, effundens sanguinem suum pro veritate & castitate.* Hæc certe ex se non poterat homo marcidus & egenus, deficiens, & pondere cupiditatis opprellus, nisi oculus Domini respexisset illum in bono.

bono quando harebat in malo, & de stercore ac
ceno exaltaret eum, ut collocaret in celo cum
Principibus populi. Merito ergo hoc admitamur in
hac felicitate, & magnificamus Deum, qui suam
sic conspicuum facit potentiam & bonitatem in
tempore, erga eos quos respexit aternitate. Qui
enim sic respexit Matthæum pratererendo, respex-
erat eum ab aeterno, viderat & sub sic in Adamo: Vi-
dendo prædestinabat, ut suo tempore vocaret, iusti-
ficaret, magnificaret, tandemque glorificaret dicen-
te Apostolo: Quos prædestinavit hos & vocavit, &
quos vocavit hos & iustificavit; quos autem iustifica-
vit illos & glorificavit.

Rom. 8.

Cur dica-
tur: Vidi
hominem.

Notant autem nonnulli, signare dici in textu
Evangelico, cum de Matthæi vocatione agitur: Vi-
dit Hominem. Cum enim quatuor Evangelistis qua-
tuor diversæ figuræ assignentur tanquam insignia
eorum, Matthæi insigne est Homo, sicut Marci Leo,
Lucæ Vitulus, Joannis autem Aquila. Vidit ergo
Christus hominem transeundo, illum scilicet Ho-
minem, qui jam præfiguratus erat Ezechielis cap. i.
Illum, inquam, Hominem, qui cum Leone, Vitulo,
Aquila mylticis trahere debebat curram gloriæ
Dei, & illum toto orbe invehere. Hoc fecit Mat-
thæus per Evangelium suum, gloriam Dei manife-
stans usque in fines orbis terræ. Et quia ille homo
dum eum vidit Dominus adhuc, tepebat in terra,
dedit ei alas quibus volare posset ad cælestia; re-
plevit & eum imperio spiritus, ut velociter ambu-
laret vias Dei & perseveranter, nec revertetur cum
ambularet.

Sequere
me, quid
sit.

Propterea dicit ei Dominus: Sequere me; quod
quidem intelligendum est non tam de sequela quæ
sit gressu corporis; quam de ea quæ sit gressu men-
tis; quomodo secuti sunt eum Apostoli, postquam
vocem ejus & lucem perceperunt. Idem ergo est ac
si diceret ei Dominus: Relinque telonium, relinque
lucrum inistum, relinque priorem vivendi con-
suetudinem pravam, sæculique latam & tritam
viam; & sequere me per viam perfectionis, per se-
mitam vitæ, per tramitem securum, quem tibi
ostendam ad superna tendentem. Quod si telonium
amas & lucrum, telonium tibi magis lucrosum
præparato: non te subtraham operi, sed laborem com-
mutabo, ut jam conquitas lucrum non homini pec-
catorum, sed Deo permanens, ut qui non trigesi-
mum in quadragesimum, quinquagesimumque num-
mum tristis redigas suppulator, sed trigessimum in sexa-
gesimum & centesimum gaudii fructum lætæ recon-
ditas divinis commodis profuturum, inquit S. Chry-
sologus serm. 2.9.

PARS II.
Quomodo
vocantem
secutus est
Matthæus.

Audita Domini voce invitante, continuò secu-
tus est eum Matthæus; non procrastinavit,
aut distulit jam accepto consilio salutis, sed disrup-
pit laqueos & vincula sine ulla mora, aut vacilla-
tione. Non attendit ad Occidentem, dum vocavit
ipsum Oriens, non aliena prætolatus est consilia,
dum magis consilii Angelus invitavit. Aliter con-
viciu forigera.

tingit plerisque, hujus sæculi negotii implicatis cum
periculo animæ. Qui ubi monentur se extricare, &
saluti suæ eum securitate consulere, de die in diem
differunt: proponunt quidem id ipsum peragere,
sed propositum non deducunt ad effectum, Dæ-
mon vana spe corda eorum demulcet, ut hodie vo-
cem Domini non audiant, sed corvium cras inge-
minent, & tandem pereant. Similes sunt Hericio in
partu crepanti, quia distulit parere dum tempus ad-
esset; spinosus enim sætus crescens ut utero eum
tandem suffocet. Serpens ad decipiendum argutus
spiritus suis involuit multos, ut præsens tempus ne-
gligentes, crastinum, sive futurum, cujus spem dat,
Deo donent. Sic continuò eos de die in diem tra-
heates bonum propositum, spe frugis seducit, &
vitam tandem latenter subducit. Non sic se gessit
Matthæus qui mox vocationi paruit, & statim pec-
cati reliquit.

Ericius pa-
riendo cre-
pat.

Sed quaeritur, an status Publicanorum esset pec-
cato conjunctus, & an Matthæus in hoc exequendo
munere peccavit? Respondeo, cum Publicani illi peccato ca-
dicantur, qui publica vectigalia habent conducta, junctus.
postea illud munus exerceri sine peccato, quando
quidem illa possint esse justa, & iuste exigi. Qua-
propter dum Publicani ad Baptismam venerunt di-
centes: Magister quid facimus? Ipse non jubet mu-
nus delere, sed respondet: Nihil amplius quam
quod constitutum est vobis, facite. Immo antiqui-
tus apud Romanos Publicani erant in pretio &
honore. Nam Cicero in orat. pro Plancio ait: Elos
equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firma-
mentum Reipublicæ, Publicanorum ordine consti-
tur. Apud Judæos tamen male audiebant Publi-
cani, & habebantur tanquam peccatores; eum
quia talia officia vix sine peccato fieri possint, et
quoque audiebant tanquam injusti & avari, rapto-
res, omnique compassionem carentes, & impruden-
tes; tum etiam quia Romanorum vectigalia apud
Judæos (qui se liberos existimabant) exigereant,
& compellerent contribulos suos, sicque tyran-
nidi intervirent, ideo infames habebantur & pec-
catores.

Stans nu-
blicos sine
peccato ca-
dicantur.
Luc. 5.

Certe in hoc munere exercendo peccasse Mat-
thæum, passim tradunt SS. Patres, Audi Ambrosium
Luc. 5. Propria reliquit, quia vadiebat aliena. Audi suo munere
& Hieronymum Matth. 9. Videbant Publicanum a peccatis.
peccatis ad meliora conversum secum invenisse peni-
tentiam. Fuit etiam hac de re agit S. Chrysol. ser. 19.
Explicans enim quomodo sederet Matthæus ad te-
lonium, sic dicit: Sederat, qui stare non poterat, ponde-
re cupiditatis oppressus, & ipsa totius conscientia frau-
da inervatus. Hoc postmodum eloquenter expli-
cat auri naturam consideratam, quod quidem natura
grave gravius sit avaritiæ possidentis, plusque ag-
gravat corda, quam corpora. Quid sit? Quia aurum
nascitur in terra, profunda secat, montium funda-
menta, perque ima venarum casu discurrat anfractu-
bus: ideo igitur dum suam semper repetat ad natu-
ram, cælestes animos ad inferna deponit. Ita ipse
Inimò

An Mat-
thæum
peccasse

Immo aurum excavat & captivat aspectum, fidem frangit, violat affectum, vulnerat charitatem, turbat quietem, admittit innocentiam, suadet fraudes, docet furam. Hæc sunt germina auri & illi cognate avaritiæ, quæ ab Apostolo vocatur *Radix omnium malorum*. Ab his ergo malis & vinculis præpeditum Matthæum absolvit Dominus, dum ei dicit, *Sequere me*. Unde admiratione digna est hic Domini dignatio & gratia, inquit idem Chrysológus, dum Matthæum ad se vocando & ad Apostolatam eligendo, dat *Fraudulentum fidem, cupiditatis magistro officium largitatis, Doctori fenoris magistrum sanctitatis, Publicano sacelli ecclesie sacerdotum*.

Vocatio
Matthæi
admirabilis.

Matth. 9.

Ita admitabilis fuit hæc vocatio, sive Christum attrahentem spectes, sive Matthæum promptè obedientem, ut S. Hieronymus cum nonnullis ex antiquis Scriptoris hanc attractionem obedientiam mox conjunctam, divinitati in vultu Christi refulgenti attribuerit. Sic enim loquitur: *Fulgor ipse est majestas divinitatis occulta, que etiam in humana facie Christi relucebat, ex primo aspectu videntes ad se attrahere poterat. Si enim in magnis est succinis hæc assuetudo dicitur, ut annulus est festucus est stipulam sibi copulens, quando magis Dominus omnium creaturam ad se trahere poterat quos volebat? Hoc equidem non rejicimus, dicimus tamen non necesse fuisse Christum de vultu fulgorem emittere, ut ad se vocaret peccatores, qui solâ id potuit vel voce, vel voluntate. Fuit ergo hoc verbum, *Sequere me*, adeo potens, adeoque efficax, ut cor Matthæi mox potuerit immutare, & Christo adglutinare, omniaque impedimenta dirumpere, ut omnibus abdicatis eum sequeretur. Nam qui foris verbo vocavit, intus audiri se fecit, & audientem obedientem reddidit. An verbum Verbi sine affectu esse potuit? An non vox ejus *Vox est Domini in vivente, Vox confringentis cedros, Vox preparans cervos, Vox intercedens in flammam ignis? Igne cupiditatis mox intercidit & extinguit in Matthæo; & sedentem in telonio, pondereque avaritiæ pressum, illièd currentem fecit instar cervi, & promptum ad ascendendum in sublime perfectionis, excusso omni onere cupiditatis. Non longè ergo opus fuit concione ad convertendum hunc peccatorem, illi qui *verbum abbreviatum fecit super terram*. Duobus verbis utitur, *Sequere me*, & nihil huic verbo abbreviato potest obstat, quin suum sortiatur effectum; quia & illius vox hic auditur, qui potest verbo mortuos suscitare, prout patuit eum dixit: *Lazaro veni foras, Adhærens tibi dico surge*. Sic & sapius alibi verbo sanatis, aut peccata remittit, qui verbo potest omnem immutare creaturam prout voluerit, verboque panem & vinum in corpus suum & sanguinem trans-elementare. Sic ergo ad se convertere potuit Matthæum unico verbo, & quidem, quod admirabilis est, nihil minus cogitantem, sed & aliis intentum & implicatum. Hæc nimirum est specialissima gratia Dei, de qua latius egi in Candelabro nostro**

Psal. 28.

Virtus
vitis
voss.

Hic igitur considera quam verum sit quod alibi dicit Dominus: *Dives difficile intrabit in regnum caelorum*, sive ut habet S. Lucas: *Quam difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum Dei! Facilius est Camelum per foramen acus transire*. Subditur verò postea: *Apud hominem impossibile est, apud Deum autem omnia possibile sunt*. Hæc manifestè hic certimus. Ecce enim dives ingreditur in regnum Dei, sed prius contemptis suis divitiis: quod tantum est, quam nitum in modum divitiarum illum illigant & stringant. Ecce Camelus ingreditur per Matthæi foramen acus, per angustam perfectionis semitam per foramen Matthæi dum ingreditur, sed prius onus deponit & gibbum, omniaque fecerit impedimenta: quod transiit quidem suis viribus facere non poterat, sed hoc apud Deum facile erat. Noluit autem eum Christus cum suis divitiis, unde non dicit: *Affer ad me, sed sequere me, quia Matthæum, non Matthæi sacculos requirere*, inquit S. Chrysol. serm. 28. Sic & alterum quempiam qui volebat sequi cum opibus repudiavit, & dicit: *Vulpes foras habent & volucres caeli nidus, filius autem hominis non habet ubi caput reclinat*. Quasi dicat, interprete S. Chrysolomoi: *Quid pecunias credis te collecturum, si me sequeris? nonne vides, nec diversorium quidem mihi esse, nec tantum quidem quantum avibus? Tales autem volo esse eos qui me sequuntur, tantaque paupertatis, ut omnia relinquunt. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stomatium dicit hoc loco dives prorsus vocari Vulpes, qui in effodiendis & infodiendis vitis versantur, planè terzæ filii. Tales Vulpes suas habent foveas, arce enim in quibus aurum & argentum recondunt illarum foveæ sunt. Volucres etiam dici possunt illi qui divitiis superbiunt, & in sublime sese erigunt, in excelsum volunt ponere nidum. Christus pauper & humilis tales repudiavit sectatores, eligit autem pauperes & humiles. Ideo ad se vocavit Apostolos, censu pauperes, loco humiles, arte viles, vita obscuros, labore communes, additos vigilis; negatos honoribus: sed eos effecit innocentia locupletes, sanctitate sublimes, simplicitate pretiosos, vitæ merito illustres, æterni honoris confortes. Hoc potuit vel his solis verbis efficere, *Sequere me*. Sic affectum Matthæi ad opes terrenas commutavit unicâ voce*

Matth.

in affectum ad cœlestes. Sic Æthiops mutare potuit pellem suam (Matthæus ad Æthiopiā mittendus) & pardus varietates suas, discens benefacere.

PAR. III. **Quomodo convivio Matthæus vocatus.** **Apoc. 22.** Matthæus à Christo ad sequelam suam invitatus, invitavit & Christum in domum suam ad vescendum, scilicet convivium ei magnum, eratque turba magna publicanorum & aliorum, quicum illi erant dicumbentes: Vocaverat nimirum consoles suos Matthæus ut quemadmodum & ipse ad meliora proficerent Christi verbo & confortio. Adimplebat igitur illud: Spiritus & Sponsa dicunt, Veni, & qui audit, dicat Veni. In quem locum sic dicit S. Gregorius hom. 6. in Evang. In quantum vos proficisse pensatis, vobiscum alios trahite, in via Domini socius habere desiderate. Si ad Deum tenditis, curate ne soli veniatis. In Apocalypsi dicitur: Qui audit, dicat Veni, ut qui jam in corde vocem superni amoris acceperit, foris etiam proximis reddat vocem exhortationis. Sic & Andreas à Domino invitatus secum duxit Petrum, ut focus foret gaudii jam in corde suo inchoati ex verbis Domini, quia spirituale illud gaudium est fonte divino hauritum ex multorum associatione & concursu non imminuitur, sed potius adaugetur. Propterea dicebat B. Ephrem tractatu in pretiosam margaritam: Desidero sermones tuos Domine, quia dum sis, fontis instar mihi sunt. Et ejurientem manavit per illos. Quoscumque volo ad sua secula convocare, pluraque relinquimus quam invenimus. Cum multis comedo, & solus invenior. bibo cum multitudinem, & quasi solus essem, tu mihi propinas gratiam. Certè gaudebat Matthæus alius communicare gaudium & lucem, quam corde conceperat in sua conversione, ut & illi non forent sine fruge, sicut & Augustinus de se dicit in suis Confessionibus: Ubi gustaveram Domine lucem tuam, fremdebam quid alius indicare non possem. Ubi lucem sensit in lectione epistolæ Paulinæ sub arbore, incidens in illud: Non in cubilibus & impudicitis, sed induimini Dominum Jesum Christum: & lachrymarum profluvium velut acceptabile sacrificium Domino sub arbore obtulisset, surgit & adit Alipium, ut focium cum gaudii & lucis efficiat, & ferculum ei ex convivio sibi à Domino proposito proponat. Unde cum iteratò librum aperuissent, advertent, quod sequitur. infirmum autem in fide assumite, & ferculum istud Alipio servabatur, ut renovato & adaucto gaudio cum Augustino epularetur, & ad Dominum cum illo perfecto corde converteretur.

Si gaudebat Matthæus convivium instruens ablationis suæ ab uberibus sæculi, gaudebat & Christus, non de cibo terreno, sed cœlesti; nactus scilicet occasionem docendi & convertendi peccatores. Hic enim erat cibus ejus, facere voluntatem Patris sui, ut dixit Apostolus suis occupatus in conversione Samaritanæ. Ideo ergo accessit ad Convivium Christus, ut spirituales suis præberet convi-

JOHN. 4.

vis cibos. Echaud dubium est, in hoc epulo fractum fecisse docendo Publicanos, prout asserit S. Chrysostomus, Hieronymus. Beda & alii Patres. In illo convivio epulabatur velut ex linteo illo mystico, quod Petro ostensum fuit ex variis animalibus etiam serpentinis, quæ jubebatur occidere & manducare: hæc enim animalia symbolum erant peccatorum varii generis, quos in Christi corpus trajicere, sive illi incorporare, debebat Petrus, sicut & fecerat Christus, illos convertens, & illis convalescens.

Impiè ergo marmurant Scribæ & Pharisei: *Qua. Impium re cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester?* Quis justè marmuret contra Solem, quod radios suos fundat, etiam per loca tenebrosa? & lutosâ? Quis contra fontem, quod rivulos dispergat per loca sordida ut fontes eluat? Quis contra Pâskorem, quod oves errabundas requirat? Quis contra Medicum, quod converteretur & convalescat cum ægris? Quis contra Deum, quod misericors sit & miserator, nosque suæ misericordiæ & bonitatis faciat participes? Hoc nimirum faciunt Pharisei, dum arguunt Christum Deum, quia inclinât se homini, quia coniacet peccatori, quia efficit penitentiam, quia propinat pietatis poculum, quia illuminât in tenebris jacentes, quia convalescat cum ægris ut eos sanet, cum mortuis ut eos suscitaret. Non est, ut putant Pharisei, Christi convivium hoc prædium ventris, sed mentis; non carnis, sed spiritus; non terreni luxus, sed gratiæ cœlestis; non humanæ voluptatis, sed divinæ bonitatis. *Veni ad convivium vita, ut faceres secum convivere mortuos: jacuit resurrectio, ut de sepulchris surgerent qui jacebant; decubuit indulgentia, ut peccatores levares ad veniam: venit ad prædium veorum Judex, ut prævenires reatus sententiam.* Noli mitari Pharisei, cur miscetur convivio peccatorum, qui propter peccatores & nasci voluit, & non recusat occidi. Noli oblatrare, eum peccatorum vinū bibat, qui pro peccatoribus suum sanguinem fudit. Si vis amplius, susceperit ipse peccatum, ne perderet peccatores: in se sententiam Judex retorsit, ut peccatores se amplexu proderet, magis solvendo debitum, quam donando. Ita hæc de re loquitur S. Chrysologus serm. 29. & 30.

Hoc ipsum indicat Christus, dum respondet: *Non est opus sanis medico, sed male habentibus. Non enim veni vocare justos, sed peccatores.* Non veni vocare justos, ad penitentiam scilicet, sed peccatores, ut habet Lucas, non enim indigent justipenitentia, vel quasi dicat: Non veni vocare eos qui se justos falsa quadam justitia putant, & arbitrantur sibi non esse opus medico, quales vos estis, ô tumidi & superbi Pharisei, sed peccatores se humiliantes veni vocare, & curare. Hoc sic explicat S. Chrysol. serm. 29. *Non hic Dominus justos respicit, sed superbos, & eos notat, qui cum non sint, esse se jactant justos.* Denique, idem est ac si diceret Dominus: Non veni vocare justos, nullos enim invenio, quandoquidem omnes peccant. *Quod si possibile esset invenire*

Act. 10.

Christi convivium quale.



3 p. 2. 1. 1. 3.

invenire justos, non venistis. Ita explicat Theophylactus, ubi subscribens sententia Theologorum quae asserit Christum non fuisse assumpturum carnem, si status innocentiae perdurasset. Cui etiam opinioni conformis est illud S. Aug. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla erit medicina causa. Si venit de caelo magnus Medicus, magnus per orbem jacebat agrotus. Venit ergo Christus tanquam Medicus, ut artem suam propalaret & commendaret, & agrosque ad fœlliceret, peritiam suam ostendere voluit sanando gravissimè laborantes, qualis fuit Matthæus. Sic enim solent Medici dum in aliquam civitatem veniunt, aliquos curare qui insanabiles existimabantur; scèque nomen sibi parere, & peritiam suam publicam facere, ut reliqui accedant eum fiducia.

Epilogus eum Apostrophe ad Christum.

Concludamus igitur, & ad hunc peritissimum, clementissimumque animarum Medicum cordis nostri desideria convertamus, & dicamus: Tu, Domine, qui ineffabili pietate tuâ dignatus es in hunc mundum venire, ut sanares languidos, & vocares peccatores; respicere digneris languorem nostrum ad portas mortis nos deducentem, nisi fœnes & eruas nos. Respiciere, inquam, nos digneris, illis misericordiam oculis quibus respexisti Magdalenam in triclino, Petrum in atrio, Latronem in patibulo, Paralyticum in lecto, Matthæum in telonio. Vocas nos, & effice ut sequamur præmptè & incunctanter, præparamusque tibi & Angelis tuis convivium gratissimum de lætitia convertæ mentis, de fœculo contritionis; de obedientia voluntatis, de dapibus perfecti amoris, de vino lapido & defœcato bonæ conscientia & internæ delectationis: donec tandem ad illud æternum convivium nos perducas, ubi fœtibus intellectum divinitatis tuæ visione, voluntatem fruitione, memoriam æternitatis continuatione, tum hominem intus & foris ineffabilis voluptatis inexhausto fonte; ubi nullum amplius erit murmur, sed vox continua exultationis, & laudis perennantis.

De Martyrio S. Matthæi.

Matthæus postquam Evangelium Hebraicè scripsisset, in Judæa propter eos qui ex circumcissione crederant, in Æthiopiâ est profectus, ut horridos illos Æthiopes nigros & nudos candido vellere Agni immaculati vestiret, hoc est, fide Jesu Christi imbueret. Ibi ergo Evægeliu suum magno zelo prædicavit, & multis miraculis confirmavit. Regis enim filiam à mortuis excitavit, illoque miraculo Regem & uxorem ejus cum universâ Provincia ad fidem convertit. Rege mortuo. Hirtacus ejus successor, cum Iphigeniam Regiam filiam vellet sibi dari in matrimonium, in Matthæum iram & furorem convertit, quia huic matrimonio assensu ipsa nolebat, eò quod Matthæo instinctore & instructore virginitatem Deo vovisset; in quo quidem sancto proposito constantissimè perseverabat. Matthæum igitur Tutorem virginitatis Iphigenia ad altare, dum sacrum mysterium celebraret, justit occidit. Idco eum vocat S. Hippolytus in lib. de

11. Apost. Virginitatis Victimam. O quam felicitatem in victimam obtulit & immolavit sanguinem, eo ipso tempore quo Agni immaculati cruorem, & carnem incruente immolabat! O gratissimum Deo duplex hoc sacrificium, sanguinis scilicet Agni sacrificium, conjunctum cum sacrificio sanguinis Matthæi. Poterat merito tunc dicere illud Psalmi Matthæus: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutis accipiam, & nomen Domini invocabo. Vota mea reddam in conspectu omnia populi ejus? pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Pretiosa utique mors hujus Apostoli & Martyris tali causa, tali tempore, tali loco, tali conjunctione, scilicet cum Christi morte, quæ in sacrificio renovatur & rememoratur. Pretiosus & salutaris Calix, de quo per martyrium bibitur, pro Christo patiendo, & illi sanguinem suum libando. Pretiosa hostia laudis, in qua nomen Domini invocatur, dum distupris omnibus vinculis cum hostia Agni vita Martyris in hostiam offertur. Merito ergo etiam potuit resonare Matthæus: Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Fuit autem S. Apostolus Dux multis, in sacrificio se offerens crucientum pro causa Christi tempore sacrificii incruenti. Fuit, inquam Dux ceterorum, quibus & idem contingit exemplo & imitatione ejus. I Sic S. Stephanus Papa & Martyr, in persecutione Valeriani, dum Missæ sacrum perageret, superventibus Imperatoris satellitiis, ante altare intrepidus capta mysteria perficiens in sede sua decolatus est; corpusque ejus cum eadem sede confecta Pontificis sanguine in camiterio Calisti sepulchrum est. Ita Martyrol. Rom. 2. Augusti. II. Sic S. Lambertus, Leodiensis Episcopus, eò quod Pipinum Austrasie Principem argueret, quod Alpaidem pellicem foveter rejeçtâ Pleçtrude legitima uxore, à Dodone Arduennæ Duce prædicatæ Alpaidis irate & ejus affectis ad altare SS. Cosmæ & Damiani oblatro sacrificio, brachiis expansis orans, hæstans transiit, in recens sacrificium sese obtulit. III. Similiter S. Stanislaus, Episcopus Craeoviensis, à Boleslao Rege, eò quod publicè argueret ejus notam libidinem, & obduratum à communione removeret, hostiam incruentam ad altare offerens, cruentè necatus est. Breviar. Rom. 7. Maii IV. Eandem ob causam S. Fredericus, Tarnacensis Episcopus, martyrio occubuit in templo, eoram altari peracto Missæ sacrificio, necatus à fœcariis missis à Rege Ludovico, eò quod eum argueret ob introductam pellicem conlanguinèam, de quo Surius 15. Kal. Augusti. An non hi omnes imitatores S. Matthæi. Victimæ castitatis jure dici possunt? V. Denique, S. Aureus Moguntia Episcopus, in altari laera faciens, crudelissimè ab Ærianis trucidatus est, & in vicinum puteum præcipitatus, de quo Breviar. Moguntiarum die 16. Junij. Hoc ipsum multis Sacerdotibus contigit initio furoris Calviniani in his Belgicis oris, & in aliis regnis, ut patet

Psalm.

Imitator S. Matthæi.

Jean. Ber. l. 1. in hist. Lutet. burg.

1159.

revolventi historias Martyrum illius temporis. O Felices victimæ, cum victima principali scilicet Christi JESU corpore & sanguine, feliciter immolati!

IN FESTO S. MICHAELIS.

LECT. 41. *Eccce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, &c. Exod. 23.*

PARS I. *S. Michaelis Columna nubes per diem, ignis per noctem, quæ Israelitas Egypto egredientes præcedebat.*

*Primò quidem, quia per annos 40. eos præcessit ostendens viam, quæ eundum esset in solitudine, donec pervenirent in terram promissam. Secundo, quia modò se movebat, modò quiescebat: cum quæ moveretur, movebant se castra Israelitarum; & cum quiescebat, quiescebant & illa. Tertio, quia eadem Columna (ut probabilior docet opinio) per diem apparebat, quasi columna nubis; per noctem quasi columna ignis. Non ergo duæ erant Columnæ, sed una duplex officium habens. vicissim, & assidue, singulis diebus ac noctibus. Nam de die hæc columna nubis tota obumbrabat castra, ab astu Solis ea protegens; quæ tamen castra occupabat locum aliquot leucarum nostrarum, quando quidem multis centenis millibus constarent. De nocte autem eadem columna nubis splendebat ut ignis, & castra illuminabat, ut sceleris murò innotescerent, & viam quæ eundum erat. Quarto, quia hæc Columna erat amplissima, sive longitudinem spectes, sive latitudinem, nam à tantis castris tantumque locum occupantibus semper videri debebat, sive nocte ut illuminaret, sive die ut ab astu protegeret. Imò & hæc Columna interponens se inter Hebræos & Ægyptios, hos obtenebravit, illos illuminavit; & Dominus per illam prospiciens interfecit exercitum Ægyptiorum. Quæ omnia spectaculum Dei potentiam & providentiam in hac columna ostendunt. Quapropter hæud dubium esse potest, quin Columna hæc ab Angelo specialiter moveretur & dirigeretur, sive cum eundum, sive cum quiescendum foret: sive nocte ad illuminandum, sive die ad protegendum & obumbrandum Israelitas; sive denique ad tutandum eos contra hostes. Hoc manifestum est ex eo: *Tollens se Angelus Dei qui præcedebat Israelis castra, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis. Quis ille Angelus, nisi is qui in columna delitescerebat, tanquam ejus motor & director? Nempe eum eo protecta est & columna interponens se inter castra Hebræorum & Ægyptiorum, his se instar erallæ nubis expandens, ut nec Hebræos possent cernere, aut eis appropinquare, & ex alia tamen parte Hebræos illuminans, ut possent proficisci & mare rubrum transire. Sic sollicitam populis sui curam gerebat & tutelam; chadens agmen Israelis, & tutans eos ab Ægyptiis; plectens verò hostes tenebris, per quas tandem post Miriam ingressi mare margaritarum.**

*Secundo, quia eadem Columna nubis splendebat ut ignis, & castra illuminabat, ut sceleris murò innotescerent, & viam quæ eundum erat. Quarto, quia hæc Columna erat amplissima, sive longitudinem spectes, sive latitudinem, nam à tantis castris tantumque locum occupantibus semper videri debebat, sive nocte ut illuminaret, sive die ut ab astu protegeret. Imò & hæc Columna interponens se inter Hebræos & Ægyptios, hos obtenebravit, illos illuminavit; & Dominus per illam prospiciens interfecit exercitum Ægyptiorum. Quæ omnia spectaculum Dei potentiam & providentiam in hac columna ostendunt. Quapropter hæud dubium esse potest, quin Columna hæc ab Angelo specialiter moveretur & dirigeretur, sive cum eundum, sive cum quiescendum foret: sive nocte ad illuminandum, sive die ad protegendum & obumbrandum Israelitas; sive denique ad tutandum eos contra hostes. Hoc manifestum est ex eo: *Tollens se Angelus Dei qui præcedebat Israelis castra, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis. Quis ille Angelus, nisi is qui in columna delitescerebat, tanquam ejus motor & director? Nempe eum eo protecta est & columna interponens se inter castra Hebræorum & Ægyptiorum, his se instar erallæ nubis expandens, ut nec Hebræos possent cernere, aut eis appropinquare, & ex alia tamen parte Hebræos illuminans, ut possent proficisci & mare rubrum transire. Sic sollicitam populis sui curam gerebat & tutelam; chadens agmen Israelis, & tutans eos ab Ægyptiis; plectens verò hostes tenebris, per quas tandem post Miriam ingressi mare margaritarum.**

*Imò & hæc Columna interponens se inter Hebræos & Ægyptios, hos obtenebravit, illos illuminavit; & Dominus per illam prospiciens interfecit exercitum Ægyptiorum. Quæ omnia spectaculum Dei potentiam & providentiam in hac columna ostendunt. Quapropter hæud dubium esse potest, quin Columna hæc ab Angelo specialiter moveretur & dirigeretur, sive cum eundum, sive cum quiescendum foret: sive nocte ad illuminandum, sive die ad protegendum & obumbrandum Israelitas; sive denique ad tutandum eos contra hostes. Hoc manifestum est ex eo: *Tollens se Angelus Dei qui præcedebat Israelis castra, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis. Quis ille Angelus, nisi is qui in columna delitescerebat, tanquam ejus motor & director? Nempe eum eo protecta est & columna interponens se inter castra Hebræorum & Ægyptiorum, his se instar erallæ nubis expandens, ut nec Hebræos possent cernere, aut eis appropinquare, & ex alia tamen parte Hebræos illuminans, ut possent proficisci & mare rubrum transire. Sic sollicitam populis sui curam gerebat & tutelam; chadens agmen Israelis, & tutans eos ab Ægyptiis; plectens verò hostes tenebris, per quas tandem post Miriam ingressi mare margaritarum.**

*Imò & hæc Columna interponens se inter Hebræos & Ægyptios, hos obtenebravit, illos illuminavit; & Dominus per illam prospiciens interfecit exercitum Ægyptiorum. Quæ omnia spectaculum Dei potentiam & providentiam in hac columna ostendunt. Quapropter hæud dubium esse potest, quin Columna hæc ab Angelo specialiter moveretur & dirigeretur, sive cum eundum, sive cum quiescendum foret: sive nocte ad illuminandum, sive die ad protegendum & obumbrandum Israelitas; sive denique ad tutandum eos contra hostes. Hoc manifestum est ex eo: *Tollens se Angelus Dei qui præcedebat Israelis castra, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis. Quis ille Angelus, nisi is qui in columna delitescerebat, tanquam ejus motor & director? Nempe eum eo protecta est & columna interponens se inter castra Hebræorum & Ægyptiorum, his se instar erallæ nubis expandens, ut nec Hebræos possent cernere, aut eis appropinquare, & ex alia tamen parte Hebræos illuminans, ut possent proficisci & mare rubrum transire. Sic sollicitam populis sui curam gerebat & tutelam; chadens agmen Israelis, & tutans eos ab Ægyptiis; plectens verò hostes tenebris, per quas tandem post Miriam ingressi mare margaritarum.**

rer. Hic est ille Angelus de quo: Eccce ego mitto Angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem paravi. Observa eum & audivocem ejus; nec contemnendum putes, quia non dimittet eum peccaveris, & est nomen meum in illo. Hic nempe est Angelus qui Præfex erat exercitus Hebræorum: illæ præibat ostendens viam per columnam ignis & nubis, ille etiam nomine Dei præcebat, sive Moyfi, sive Hebræis; ille denique rebelles puniebat.

Hunc Angelum fuisse Michælem, multi ex sacris Interpretibus autumant. Nam Michæl vocatur Princeps populi Israel, & olim præerat Synagoga Judæorum sicut & modò Ecclesiæ Christianorum. Nemo est adjutor meus nisi Michael Princeps vester, inquit Gabriel Archangelus Daniëli. Iterum: In illo tempore consurget Michael Princeps Magnus, qui stat pro filiis populi sui, hoc est, qui præest, tueriturque Judæos, tanquam populum Dei, filiosque Patriarcharum & Sanctorum. Hinc est quoddam apparitiones Angelorum tribuantur S. Michæli, illæ scilicet quæ olim factæ fuerunt Patriarchis, vel quod per seipsum eis apparuerit, vel quod per Angelos inferiores eos illustravit, eorum specialem gerens curam. Sic Michæl rectè dicitur vice Dei legem dedisse Moyfi & populo in monte Sina. Atque etiam in fine mundi pugnet contra Antichristum, & interficiet eum virtute Christi in monte Oliveti, ex quo se fingit ascendere ad Patrem. Quod enim dicitur: Dominus Jesus interficiet eum spiritu oris sui, 2. Thess. 2. interpretatur S. Thomas occidendum mandato Christi sed per Michælem Archangelum, qui post Christum Præfex est divinx justitiæ & supremus Judex; qui etiam Luciferum expulit è cælo cum rebellibus suis Angelis. Sic ergò & ultimum prælium ei referatur: tunc adhuc stabit pro filiis Israël, procuratur ut in fine mundi ad Christum convertantur, & salutem assequantur.

Sicut porro olim Synagoga, sive Ecclesiæ antiquæ, Præfex fuit & protector, sic & modò Ecclesiæ novæ: Illam enim protegit & tueritur contra adversarias potestates, contra rectores tenebrarum harum; illam illuminat contra caliginosa discrimina, quibus undique cingitur. Et sicut Dux est exercitus cælestis in Ecclesiâ triumphante, ita etiam Dux est in Ecclesiâ militante; quodque Gentilibus fuit Mars in suis bellis, hoc S. Michæl est Christianis. Hæc est causa, cur templa & oratoria à Gentilibus olim Marti variis in urbibus dedicata, postea in honorem S. Michælis consecrata fuerint, & ab eo nominata. Quod quidem Leodii, Colonia, Antverpiæ, Bonnæ, Luneburgi, & alibi factum esse ex antiquis monumentis annotatè est. Exploso scilicet Martè, Christiani Ducem suum Michælem in locis illis & templis coluerunt, & nomen ejus eis indiderunt. Serat. in c. 5. Josue. Corneli. in c. 12. Dan. & c.

Refert etiam Nicephorus l. 7. cap. 30. Constantinum Magnum audisse à S. Michæle, in loco qui S. Michaelis dicitur: Ego sum Michael, Archidux Domini. Hic 3. Sicut porro olim Synagoga, sive Ecclesiæ antiquæ, Præfex fuit & protector, sic & modò Ecclesiæ novæ: Illam enim protegit & tueritur contra adversarias potestates, contra rectores tenebrarum harum; illam illuminat contra caliginosa discrimina, quibus undique cingitur. Et sicut Dux est exercitus cælestis in Ecclesiâ triumphante, ita etiam Dux est in Ecclesiâ militante; quodque Gentilibus fuit Mars in suis bellis, hoc S. Michæl est Christianis. Hæc est causa, cur templa & oratoria à Gentilibus olim Marti variis in urbibus dedicata, postea in honorem S. Michælis consecrata fuerint, & ab eo nominata. Quod quidem Leodii, Colonia, Antverpiæ, Bonnæ, Luneburgi, & alibi factum esse ex antiquis monumentis annotatè est. Exploso scilicet Martè, Christiani Ducem suum Michælem in locis illis & templis coluerunt, & nomen ejus eis indiderunt. Serat. in c. 5. Josue. Corneli. in c. 12. Dan. & c.

Refert etiam Nicephorus l. 7. cap. 30. Constantinum Magnum audisse à S. Michæle, in loco qui S. Michaelis dicitur: Ego sum Michael, Archidux Domini. Hic 3.

Exod. 20.

2. Thess. 2.

Apoc. 12.

Martè S. Michæle.